

Tempore

dei filius dicit Joh. 3. Pater diligit filium et omnia dedit in manus
 suam. Solent etiam quedam hostia rubricari et clavis ornari. Sic et
 istud hostium fuit proprio sanguine rubricatum et clavis perforatum. De se-
 cundo nota quod huius hostii hostiarius est spiritus sanctus. unde dicit Johis
 10. Qui intrat per hostium huic hostiarius aperit glo. Spiritus sanctus
 qui docet omnem veritatem. Bonum est ergo quod quilibet huius
 hostiarii familiaritatem acquirat. ut cum venerit ipso intromittente
 in celestes delicias admittat. De tercio nota quod qui sint qui hostium
 hoc ingredientem dicit in Pla. 33. Qui ambulant in iusticiis. In iusti-
 ciis dicit pluraliter. quod quilibet homo cuiuscumque sit dignitatis vel or-
 dinis aut officii. oportet ut iusticiam comitem habeat et per hanc salve-
 tur. Iusticia vero est unicuique reddere et dimittere quod suum est et
 sequatur veritatem. quod pertinent omnes qui loquuntur mendacium. Qui prout
 avariciam ex calumnia. i. nullum propter avariciam calumnia-
 tur. Iusticia vero est falsum crimen intendere et exercit manu suam ab omni mu-
 nere. Hic ad minus quatuor prohibentur viz. symonia que accipit
 munus a corde ab ore et manu. phibetur etiam hic usura et iusti iudicii
 ac lingue in aduocatione venditio. Qui obturat aures suas ne au-
 diat sanguinem. hic iubetur ne detractio audiat. Detractores enim frau-
 dant sanguinem animarum primorum suorum. sanguis autem est bona fama
 que per detractioem effunditur. et claudit oculos suos ne videat
 malum. Malum hic appellatur mulier fornicaria siue quecumque semi-
 na que per libidinosam cupiditatem etiam aspiciunt. Malum dicitur
 omne id quod videtur anime utpote insania et vanitas huius mundi qua
 liscumque sit illa. Iste in excelsis habitabit. q. d. qui supradicta obser-
 uaverit ille celestis regni ianuam ingredietur. De quarto nota quod illi
 quibus predictum hostium precludit tangunt. Apoc. 21. Timidum id est
 ad omne opus bonum desidiosum et incredulum verbo dei. Quod iustis gau-
 dia perpetua repromittit et peccatoribus eterna supplicia imminat. et ex-
 ecrationis. i. propter iustam causam excommunicatis. et homicidis. i. anima-
 rum vel corporum occisoribus et fornicatoribus. quia fornicatores et
 adulteros iudicabit deus. et veneficus. i. malis conciliariis et etiam
 his qui ad litteram dant vel preparant venena. et incantationibus et ydo-
 latris ad litteram. et etiam avaris quod avaricia est ydolorum servitus. et
 omnibus mendacibus. i. omnibus his qui quod deo et sanctis et hominibus
 promiserunt non proloquerentur si tamen solvere potuerunt pro illo erit in sta-
 gno igne ardenti et sulphure quod est mors secunda. q. d. nullus
 talium per christum qui est hostium intrabit in regnum celorum. De quinto
 nota quod per pasceam intelligunt gaudia que habebunt ex contem-
 platione sancte trinitatis et ex delectatione illius beate societatis

198

10 annis. 3^o Simili.De se 2^o HostiariusJohannis. 10^o Hostiarius

De Tercio

Ecclesiasticus. 33.

Quid sit iusticia

Quid calumnia

Symonia.

Usura

Nota:

Quartum Hosti

Apoc. 21.

De Quinto.